



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Reverendissimo Domino, Dn. Qvirino Leonino, SS. Theologiæ Doctori,  
Protonotario Apostolico, Cathedralis Ecclesiæ Ratisponensis Præposito,  
Archidiacono & Vicario. Et Serenissimis Bauariæ Ducibus à ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

# REVERENDIS

SIMO DOMINO, Dn. QVIRINO

LEONINO, SS. THEOLOGICÆ DOCTORI, PRO-  
sonotario Apostolico, Cathedralis Ecclesie Ratisponensis Præ-  
posito, Archidiacono & Vicario. Et Serenissimis Bauariae Du-  
cibus à consilijs &c. Domino & cognato  
suo obseruandissimo.



ICEAT MIHI REVERENDISSIME

Domine, te alloqui ijs verbis, quibus Plinius Secū-  
sus suum CANINIUM alloquitur: *Sum ex ijs, qui mirer  
Antiquos; non tamen, vt quidam, temporum nostrorum  
ingenia despicio. Verè nostri xui magna ingenia laudo coloq; ; sed  
nescio, qui amor veneratioq; Antiquitatis facit, vt, si verumfateri ve-  
lim, cogar ingeminare: Sum ex ijs qui mirer Antiquos. Et sanè impati-  
enter doleo, quoties lego Trithemij, Photij aliorumq; Bibliothecas,  
videoq; etiam ante annos non multos, tam multa præclarissimorum  
ingeniorum monumenta ab ijs lecta, quæ nobis aternùm perierunt,  
eâ iniuriâ, quâ & hodie, hæ quæ supersunt reliquæ perirēt, nisi essent  
doctissimi quidam Antiquitatis vindices excitati, qui eruunt, ornât;  
vno verbo, lucem vitamq; reddunt sepultis. Porro quia video te Re-  
uerendissime Domine, paria mecum in hoc sentire; & ego incipio ex  
hoc genere studiorum oblectationē petere, post iudicium tuū viri grauissimi  
eruditissimi, vt ore Pliniano tecum loquar. Cum verò primum Tomū  
tam auidâ manu bonaq; mēte acceperis, obligasti tibi & hunc secun-  
dum: cuius Auctores vel hoc nomine tibi debentur, quòd plerique  
in eo toti sint, vt illustrent Ecclesiam Ratisponensem, in qua tuo  
merito Præpositus es, de qua deq; vniuersa Dei Ecclesia quàm be-  
ne mereri cupias, testatur Clericorum seminarium S. Hieronymi à te  
Ingolstadij erectum, dotatum, & fundatum, quod nō cessas sumpti-  
bus & liberalitate tua ornare, vt inde in Ecclesiam vniuersam fructus  
vberimus redundet. Ita nimirum elogium hoc tuum est: BONO PV-  
BLICO NATVS. Itaq; secundum hunc Tomum eâdem quâ primum,  
voluntate & studio suscipe, & me obseruantissimum tui amare perge.  
Ingolstadij Kalendis Martij, Anno M. D. C. II.*

Plin. epist. 21.  
ad Caninium  
lib. 6.

Plin. epist. 25.  
lib. 9.

Rmæ. Dn. V.

obseruantissimus

Henricus Canisius, cognatus.